+

Subijciendo palam, libere publice ac per expressum recognovit.
Quia ipse Nobilem Paulum Kulczycki fratrem suum germanum
ac ipsius successores de summa Viginti Quinq Florenorum Polo:
1946 nicalium ex summa Originali Quinquaginta Florenorum
Polonicalium primum et originaliter per olim suprascriptum
Nicolaum Kulczycki Parentem suum Nobili Strechono Chotowski
Actis praesentibus seu alijs quibusvis Authenticis Regni inscripta
et super sortibus Dasiyniąt dictis in Villa Kulczyce Terra et
Districtu praesenti Praemisliensi consistent modo obligato:
rio, seu alio quovis ad solvendum assecurata per eundem
vero Nobilem Chotowski sibi Recognoscenti itidem Actis
praesentibus seu alijs quibusvis cessa et transfusa per eun:
dem vero Nobilem Paulum Kulczycki fratrem suum ger:
manum quo ad medietatem eius concernens sibi persol:
uta ob sufficientem sibi Recognoscenti praestitam ei satis
factionem quietat, omittit, dimittit, liberumq et absolu:
tum facit et perpetuo pronuntiat, Inscriptionem cassat
mortificat et annihilat. Hac sua praesenti personali
recognitione ad praemissa omnia et singula mediante.

Kulczycki Kropiwnickiemu Donat.

Comparens personaliter Coram officio et Actis praesentibus Ca:
strensibus Capitanealibus Praemisliensibus Nobilis Paulus
1237 Kulczycki Popowicz Nobilis olim Nicolai Kulczycki Popo:
wicz filius sanus mente et corpore existens a Terris Di:
strictibus Iuribus, Iurisdictionibusq suis quibusvis proprijs et
Competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capitanea:
li Praemisliensi Iurisdictioni quo ad actum praesentem
attinet, seum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus
totaliter et plenarie incorporando atq subijciendo palam
libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse bo:
na sua propria et haereditaria nimirum Certam Sortem
w częsci Kulczyckich Dasiyniąt, alias pomiarek w sznurze
od miedze Mikołaia Kulczyckiego Dasiynicza in bonis
Villae Kulczyce Terra vero et Districtu praesenti Praemi:
sliensi iacens et consistens se vero Recognoscentem

post fata

post fata eiusdem olim Parentis sui inter alios consucces-
sores legitime concernentem, cum omni bonorum eorundem
seu sortis præfatæ Iure, dominio, proprietate, hæreditate titu-
loq̄ hæreditario, cumq̄ omnibus et singulis bonorum eorundem
Utilitatibus, fructibus, proventibus, redditibus, emolumentis, com- 1947
modis, obuentionibus, cum agris, pratis, fundis, pascuis
pascuanis, attinentiisq̄ et pertinentiis generaliter Uni-
uersis, nihil ex præmissis, Iuris Dominij proprietatis hæ-
reditatis, ac cuiuis Competentiæ et prærogatiuæ pro
se Recognoscente, suisq̄ Successoribus, aut quopiam alio
reseruando seu excipiendo, sed omnibus in genere, et
singulis in specie comprehensis, generi per speciem et e
contra in nullo derogando, Verum ita late, longe, circumfe-
rentialiterq̄, prout præfatorum bonorum præfatorum resigna-
torum hæreditas, se in suis metis et limitibus ab antiquo
extendit et prætenditur, et prout eadem bona ipsemet
Recognoscens tenuit, habuit, et possidebat, ipsumq̄ con-
cernebant, ac eidem legitime seruiebant. Iam ex nunc
et de facto Nobili Hrehorio Kropiwnicki Bytczak et
ipsius successoribus, dedit donauit, inscripsit et resigna-
uit, prout præsentibus dat, donat, inscribit, ac titulo pu-
ræ meræ, et irreuocabilis donationis resignat perpetuo
et in æuum irreuocabiliterq̄. In quæ quidem bona
præsentibus donata, is idem Recognoscens supra-
scriptus Nobilis Paulus Kulczycki Popowicz prænomi-
nato Nobili Hrehorio Kropiwnicki Bytczak eiusq̄ poste-
ris, iam ex nunc et de facto coram officio præsenti, dat et
admittit realem Intromissionem, et actualem, pacificamq̄
possessionem per Ministerialem quemcunq̄ competentem
et Nobiles duos die quacunq̄ Voluerit effectiose acceptan-
dam. Per ipsum Donatarium suum eiusq̄ posteros hæc
eadem bona præsentibus donata, cum omni Iure Dominio
proprietate, Competentiaq̄ et prærogatiua quauis te-
nendi, habendi, et possidendi, illisq̄ quiete et pacifice

4

Vti fruendi, ac ad suor suorumq Successorum quosvis bene placitos, Vsus fructus, libere et effectualiter, Convertendi perpetuo et aeviternis temporibus. Debetq et tenebitur

1940 memoratus Recognoscens Nobilis Paulus Kulczycki Popowicz prout se ac suos successores in et super bonis suis generaliter omnibus summisq quibusvis pecuniariis habitis et habendis suprascripto Nobili Hrehorio Kropiwnicki Bilczak Donatario suo inscribit et obligat praesentibus, ipsum et eius successores in dictis bonis praesentibus donatis et resignatis, et ratione eorundem omnium ab omni et qualis impetitione iuridica quarumcunq personarum, cuiuscunq Conditionis Status et Sexus Cuiusuis existentium ex occasione suprascriptorum modo quouis exoriunda per omnes Praescriptiones Terrestres, prout ad quamlibet personam Terrestris spectat et pertinet praescriptio in omni Iudicio et officio Regni semper toties quoties opus fuerit, tueri defendere euincere intercedere, et eliberare, indemnemq cum posteris reddere, nec non bona praefata praesentibus resignata ab omnibus in genere Iuribus et Inscriptionibus prioribus et posterioribus super eisdem bonis praesentibus per se Recognoscentem donatis, cuicunq personarum modo quouis factis et faciendis, tum etiam a quibuscunq Citationibus super eadem bona praemissaq omnia praesentibus resignata importatis et importandis, lucris denique et perlucris processibusq Iuris quibusuis in quocunq puncto et gradu Iuris dependentibus et in quouis Iudicio et officio Regni obtentis et obtinendis, ac super praemissis omnibus praesentibus resignatis modo quouis perductis et perducendis, emundare et eliberare, mundaq et libera semper facere ac etiam Intromissionem praefatam Coram officio praesenti admissam

in fundo

in fundo bonorum præfatorum præsentibus resignatorum

dum per Ministerialem et Nobiles duos officiose requi:

retur non denegare imo debebit et tenebitur eandem libe:

re dare et effectualiter admittere, dataq et admissa 1949

eadem possessionem et Usum fructum præmissorum omni:

um et singulorum quovis modo tam per se quam per

suas quasvis submissas et subordinatas personas non

præpedire nec adimere ipsumq Donatarium suum ac

ipsius successores in dictis bonis præsentibus resignatis

tam in toto quam in quavis minima parte non inqui:

etari, ita Ut eadem bona præmissaq omnia cum Univer:

sis eorundem Utilitatibus et Usufructibus is idem Dona:

tarius suus cum suis posteris quiete et pacifice Inscriptio:

nis præsentis Donatariæ Vigore habere, tenere et possi:

dere queat, illisq Uti frui possit perpetuo et in æuum irre:

uocabiliterq. Idq sub damnis Terrestribus simpliciter absq

corporali iuramento taxandis et edicendis per eun:

dem Recognoscentem sive eius posteros suprascri:

pto Donatario suo, aut illius posteris, ob non Complationem

præmissorum omnium et singulorum tam in toto quam in

parte toties quoties opus fuerit ad solvendum succumben:

dis. Pro quibus quidem Damnis Terrestribus simpliciter

taxatis, modo præmisso ad solvendum succubitis, ac prore

aliqua principali ex præmissis non completa Complenda

Citatus existens memoratus Recognoscens Nobilis Paulus

Kulczycki Popowicz sive eius posteri Ad Instantiam præ:

fati Nobilis Fredrici Kropiwnicki Bitczak sive eius

posterorum, ad Officium præsens Castrense Capitaneale

Præmysliense, ex tunc recessu suprascripto quo ad re:

spondendum spectat mediante semper in primo Cita:

tionis Termino tanquam peremptorio, stare sui parere

respondere, Damna prætacta Terrestria simpliciter taxa-
ta lucre Inscriptioni huic satisfacere, ac omne iudicatum
pati debebit et tenebitur. Seq ac suos successores ad eadem
1956 omnia inscribit et obligat præsentibus illum Terminum
primum peremptorium et alios omnes exinde consequen-
tes Causæ eiusdem Terminos semper peremptorios, Vera
infirmitate pro maiori minorennitate, Successionem,
legatione intra Vel extra Regnum servitio militari
ad munimenta ad Guidonem, Vel aliis quibusuis dila-
tionibus et legalibus impedimentis non differendo ad
quietationem præterea Ultra proximos officij præfati
Castrensis Capitanealis Præmisliensis Terminos dilationem
sibi non recipiendo, nullasq motiones appellationes ac ea-
rum prosecutiones faciendo ac præmissa omnia pœnis
simplicibus Vel duplicatis, Evasionibus Suspensionibus fa-
talibus Iuris, præscriptione Terrestri, bello Conuentioneq
ac aliis omnibus Iuris remediis et defensis non subter-
fugiendo, nec modo alio quouis euadendo. Hac sua
præsenti personali recognitione ad præmissa omnia
et singula mediante.

Idem eidem Obligat.

123 Comparens personaliter Coram officio et Actis præsenti-
bus Castrensibus Capitanealibus Præmisliensibus Nobilis
Paulus Kulczycki Popowicz Sanus mente et corpore exi-
stens a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusq Su-
is quibusuis propriis et Competentibus recedendo præ-
senti Vero Castrensi Capitaneali Præmisliensi Iurisdictioni
quoad actum hunc attinet secum Successoribus ac bonis
suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorpo-
rando atq subijciendo palam libere publice ac expres-
sum recognouit. Quia ipse bona sua propria et hæ-

reditaria